



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1846**

V. Der Prior des Johanniter-Ordens Hel von Rüdenheim genehmigt die  
Errichtung der Capelle des h. Geistes in Werben, am 8. März 1313.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54572](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54572)

V. Der Prior des Johanniter-Ordens Hel von Rüdenheim genehmigt die Errichtung der Capelle des h. Geistes in Werben, am 8. März 1313.

Nos frater hel de Rudingheim, humilis prior sacre domus hospitalis scti. Johannis Ierosolymitani per alemaniam, vniuersis notum esse cupimus — quod acquieuius instantijs ac petitionibus proborum uirorum ciuium ciuitatis werben ut licite in predicta ciuitate capellam eum domo in honorem ac laudem sancti spiritus potuerint Comparare ob id quod ciues in salutem suarum animarum tam presentium quam predecessorum ac successorum suorum nostro ordinj e. marcas argenti contulerint, conditione tali mediante, ut perpetue qualibet die una missa in predicta capella ab uno nostrorum fratrum teneatur secundum horas subsequentes uidelicet tempore hyemali primo diluculo, tempore uero estiuiali infra matutinas hec predicta missa decantetur, quibusdam tamen festiuitatibus inde demptis, scilicet festo pasche, pentecostes, natiuitatis domini cum tribus diebus sequentibus ista festa, Festoque ascensionis domini cum Festis sancte marie, que quater in anno peraguntur, ac Festis apostolorum cum Festo omnium sanctorum omniumque animarum, sancti michaelis, festis sancti Johannis baptiste, Dedicationis Ecclesie Epiphanie domini, sancti Nicolai, sancte Katharine, in quibus festis eadem missa, prout plebano competit celebretur. Insuper ne quis error uel suspicio de predicta pecunia a nostro ordine sublata in posterum oriatur, cupimus enotare, quod sexaginta marcas eiusdem pecunie expendimus pro vno manso in Wulweswinkel, quem ad usum nostre domus Werben reemimus, qui prius a domo iam dicta pro eadem pecunia uendita fuit, eidem domui penuria incumbente, Residuas uero quadraginta marcas expendimus pro eiusdem domus solutione debitorum. Igitur ut omnis error seu controuersia inter fratres parte ex una et ciues predictae ciuitatis parte ex altera plenius euitetur placitis utriusque partis ordinauimus, ut omnis elemosina ad truncum eiusdem capelle posita, qui truncus duplici fera seratus, quarum serarum unam clauem plebanus aliam uero consules reseruabunt, uerum etiam elemosina in testamentum legata uel in tabula oblata equaliter cum plebano diuidatur. Vt ergo ista dotatio siue donatio capelle seu domus sancti spiritus supradicte irreuocabilis in perpetuum permaneat et inconnulsa, presentem paginam sigillo nostri prioratus dignum duximus confirmandam. Acta sunt ista in dote Werben presentibus uiris idoneis, scilicet fratre Geuehardo de Wantfleue, fratre Johanne de briceke plebano ibidem et fratre henrico de kare et fratre euerardo capellano magistri et fratre hermanno de rumrode, Jacobo de posewalk, henrico clementis et holdewino, henrico de wentmarke, volperto de snakenborch, ludolfo druckescerf (sic) qui tunc consules predictae ciuitatis existebant. Datum anno domini M<sup>o</sup>CCCXIII<sup>o</sup> VIII<sup>o</sup> idus Marcii.

Nach dem Orig. im Stabtorchiv.

VI. Die von Weyde verkaufen dem Rathe zu Werben den neben der Stadt gelegenen Hof Weide mit 2 Hufen Landes, am 21. Octbr. 1316.

Nicolaus miles et Hinricus Famulus dicti de Weyda vendunt Consulibus ciuitatis werben-ensiam suam Weide juxta ciuitatem werben sitam cum duobus mansis et dimidio, promittunt euitionem contra suos patros Filium Nicolai et Filios ottonis aliosque. Clausula finalis: Ne autem Consules in premissis alicujus brige seu calumniatoris seuitiam patiantur, super omnia datam cartulam sigillorum appensione fecimus communiri. Nos Hagenow Miles Bertholdus de Redekestorp